

M. Tertio.

B. Secu. ca. tertie opt. monis.

D. Impro. secu. cae.

B. doc. opt.

B. Adprimu. p. capale.

ff. rationalis educatur de materia tota de tota & pars de parte iam materia & forma supponitur quantitas: hoc autem est quod nunc de forma queritur: ergo supponitur quod dicitur. Et quod dicitur quod forma que educit de potentia materiae: pars in parte recipitur: veritate non habet: forma substantialis recipitur in materia ante omnem quantitate saltem: sicut ordinem nature: sed propter quantitatem non est in materia nec in forma tota & pars videtur esse: ergo in receptione forme in materia non est assignare quod pars recipitur in parte nec in totum in toto accipitur propter totum. pro quo dicitur habet partes sed solum accipiendo totum. perfectio: quia totum & perfectum idem sunt: videtur habetur tertio physico rum. Quis enim nihil est extra ipsum est totum & perfectum: videtur dicitur: ista ergo non est sufficientes causa quod forma educata de potentia materie extendatur ita quod pars educatur de parte materie & recipiatur in parte. Secunda causa que assignatur est talis: videlicet quod forma sic dependet a materia quod ipsa forma naturam nullo modo esset nisi esset in materia: omnis talis forma sequitur conditiones materie in obsequio: scilicet in extendi & operari & omnibus aliis: causa est quia esse est fundamentum pre-suppositum a posterioribus: sicut in obsequio: propter quod illud quod dependet a materia quo ad esse dependet quo ad perfectio nec in posterioribus: nunc est ita quod omnes forme que educuntur de potentia materie sic dependet a materia quod forma naturam nullo modo essent nisi essent in materia: ergo sequitur conditiones materie in obsequio: scilicet in extendi & operari: tales sunt omnes forme non solum inanimatae: sed etiam animalis: quantumcumque perfectio: propter hominem. Et ideo omnes extenditur quantumcumque sunt per se: propter animam humanam & dividuntur in duo: videlicet in aliquid que carnis manent dum post divisionem: sicut in plantis cum animalibus amullos: sicut in musis & in plantis: aliquid autem vel cum sua divisione corumpuntur: vel si manent: hoc est per minimum motum temporis: sicut venient animalibus perfectis: causa huius permanente materiae vel minoris est perfectio forme: materiae: vel minoris: quia forma magis perfecta recipitur in suo perfectibili: materiae: ut dicitur in operariis: propter hoc quod est principium plurimum operationis. Et ideo post divisionem sui perfectibilis aut non manet aut minus manet: & hoc dicit philosophus in fine primi de anima post verba prius allegata dicens: sic si autem non permanet nullum est inconueniens. Instructa enim non habent quibus saluent naturam: unde perfectio forme educit de potentia materie non repugnat extendi vel dividit sicut quidam putat: sed tantum est repugnat dum manere post divisionem: anima autem intellectiva non dependet sic a materia quantum ad esse: sed separatio: & ideo non sequitur conditiones materie nec in operari nec in extendi nec in aliis que perficiuntur materiae: unde anima intellectiva in corpore nec extenditur quantum ad esse: nec afficitur aliqua qualitate materie: quod tamen patitur: omnes alie forme. hoc autem causa licet accedat ad veritatem: tamen non sufficit nisi plus addatur: quod quantumcumque forma dependet a materia ita ut sine ea esse non possit: non oportet tamen propter hoc quod afficitur omnibus dispositionibus quibus materia afficitur: nisi illa forma sit ratio receptiva talium dispositionum vel eorum: verba: ista sapor dependet a materia vel a subiecto actu ente: tanquam alio sine quo non potest esse. Et idem est de colore: sed quia color non est ratio recipiendi saporis: nec eorum: sed color sapor non percipitur colore nec color sapor: unde non est verum dicere quod sapor lactis sit albus: nec albedo sapida quod tunc idem subiectum percipitur: videtur quod simpliciter: videtur si forma substantialis non est ratio receptiva: quantum ad esse: nec eorum: quantumcumque ipsa dependet necessario a materia: nunc quantum ad esse: nec percipitur quantum ad esse: ita sit realiter quantum: sicut nec sapor est realiter albus. Talia enim non afficiuntur se mutuo: quibus afficiuntur idem commune subiectum. Si autem forma substantialis sit ratio receptiva: quantum ad esse: tunc videtur quod debeat affici quantitate: & extendi. Et si in homine non est alia substantialis forma ab alia rationali: tunc alia substantialis erit in homine: ratio receptiva quantum ad esse: sicut alie forme substantiales in ceteris rebus: sic augmentantur difficultas: quare alia rationalis non est quantum ad esse: forme substantiales sunt quantum ad esse: forme substantiales conueniant cum anima rationali in hoc quod sunt ratio receptiva quantum ad esse: videtur enim quod impliciter contradicitor: si videtur quod subiectum quantum ad esse: ratio eius receptiva non sit alba: propter hoc tamen modo ad presens difficultatem predicantur: (quia in sequenti questione inquiritur de ea). Ad idem est alia causa: quare anima rationalis non est quantum ad esse: forme substantiales. Et est talis: quod omnes forme que sunt simpliciter: copiales est capax passio: sicut appetitatio: que est per se simpliciter: & inseparabiliter conditio cognoscitatis: sed materia que est per se simpliciter: copialis: & corruibile: sub alia rationali est pure simpliciter: copialis: non sunt nec esse possunt per naturam nisi in corpore cuius sunt partes: anima autem rationalis que tunc sit per se copiosa: tamen non est inseparabiliter: propter quod cum tali materia que est pure substantialis: non sit in toto quantum ad esse: forme substantiales: capax sunt: idem sunt: sed in toto quantum ad esse: forme substantiales: capax sunt: per se inseparabiliter rerum copiales: nisi que nec substantialis dicitur: corpus nisi quia est talis natura que est capax quantitatis: que etiam in suo genere vocatur corpus: anima autem propter sui separabilitatem a corpore non est capax quantitatis: quia non est pura res copialis: quibus sit pars compositi: coapta sit & causa partialis recipiendi quantitatem supposito quod in homine non est alia forma substantialis: propter animam: qualiter autem anima possit esse causa receptiva quantitatis & non sit quantum ad esse: questione sequenti dicitur. Ad rationem. Ad primam dicendum: quod totum est extra quod nihil est: verum est in omni modo: & veram rationem totius: sic anima & quilibet forma non est tota nisi vbi est in alio: sicut in proprio subiecto proportionato perfectibili: hoc autem modo anima non est in aliqua parte tota: sed solum in toto corpore perfecto non carere alie

qua parte debita speciei sibi naturam. Et ideo anima non est extra proprium proportionatum perfectibile: est tamen extra singularem partem illius perfectibilis. Ad secundum dicendum quod in membro de nouo addito per miraculum est anima non per creationem: noue anime aut partitissed eadem que prius perhibebat totum sine parte: nec per se totum cum partem: istud est per motum localem anime: sed per vniouem & concomitantiam partis ad totum: licet enim illud quod est alibi sicut in loco non incipiat esse alibi: sicut in loco nisi per motum localem: tamen id quod est in aliquo sicut forma in materia potest de nouo esse in aliqua materia sibi adiuncta non per motum localem: sicut anima de nouo vniouitur materie nutrimenti vniouitur corporis animalis & conuertitur in ipsum: & hoc fit non per motum anime: sed per vniouem alimenti ad corpus prius animatum: sic fiet in proposito concurrente miraculo. Ad rationes autem alterius partis que sunt ad conclusionem veram: tamen quia alieque non bene procedunt ideo ad eas respondendum est. Et primo ad autoritatem beati Augustini: quod beatus Augustinus eque loquitur ibi de anima sensitua: quia in quo cumque beato: sicut de anima intellectua. Dicit enim sic. vj. de trim. cap. vj. anima non mole distenditur per spacium loci: sed in vno quocumque corpore & in toto tota est: & in qualibet parte eius est: ideo cum sit aliud in quavis exigua particula corporis quod sentiat anima: quibus non fiat in corpore toto: illa tamen tota sentit: quod totum non latet. ecce quod beatus Augustinus dicit suum probat de anima sensitua: & per accidens: dicitur enim nobis & obus brutis: tamen multitudine & veritas huius anime sensitua in quibusdam brutis (et forte in obus) extenditur extensione corporis. Propter ergo vel quod dicit Augustinus intelligat de omni & in omni animato: & sic reputabitur falsum ab omnibus: verum est de creatura Aristoteles prius allegatam quod plante & quedam animalia cecilia viuunt: vel quod aliter exponitur quod de exclusione extensionis quantitatie. Ad aliud cum dicitur quod si anima esset quanta non cognosceret vniuersale dicendum est quod falsum est. Et ad probationem respondendum est quod dicitur quod anima esset quanta per accidens non oportet quod omne quod recipitur in anima nec creetur in quantitate & situaliter nisi quantitas esset ratio recipiendi illud: sicut non oportet quod illud quod recipitur in alio fiat alibi si albedo non est ratio recipiendi illud: verbi gratia: calor recipitur in lacte albo & non oportet quod efficiatur albus: quod albedo non est ratio recipiendi calorem. Et similiter dicitur quod anima esset quanta per accidens: quod tamen quantum ad esse ratio sibi recipiendi species vel illa que representat res cum anima separata que non est quanta: huiusmodi habeat non oportet quod talia recipiatur in ea quantum ad esse: situaliter. Sed dato quod sic recipitur in anima non sequeretur quod uicerent solum in cognitione singularis: situaliter: & situaliter: quod solum dicerent hoc esse vel ratione singularitatis: vel ratione quantitatitatis: non ratione singularitatis: quod sicut istos aliquid existens in intellectu dicitur in cognitione vniuersalis. Et tamen omne quod est subiectum in intellectu est quoddam singulare: ergo non obstante singularitate eius quod recipitur in anima adhuc posset dicere in cognitione vniuersalis. Nec iterum talis representatio posset impediri: quod illud representatiue esset quantum quod magis opponitur rationi vniuersalis singularitatis: quod quantitas: sed singularitas non impedit tale representationem (videtur esse) ergo nec quantitas. Et iterum dato quod essentia anime esset quanta non oportet tamen potentiam intellectiuam esse quantum sicut nec oportet intellectum esse actum corporis: quibus anima intellectua sit actus corporis: quod potentia intellectua inest anime sibi se & non quantum nec per se corpus. Cum ergo que representant vniuersale recipiatur in potentia intellectua & non in essentia anime (nullus autem ponit potentiam intellectua extendi extensione corporis) nihil predictorum sequeretur: dato quod uiceretur essentia anime extendi. Et sic: quia autem via quod ista sit ad ponendum animam non esse quantum est illa que sumit ex diuisione quantum: quod extenditur extensione corporis: dicitur diuisione corporis: sed anima humana non dividitur diuisione corporis: nec extenditur extensione eius: maior patet ex ratione quantum: esse quantum est diuisibile: videtur habetur quanto metaphisice. minor: probat quod si facta diuisione alicuius partis corporis a toto: anima diuidetur aut in parte diuisa remaneret anima: aut non: si remaneret: tunc anima una per diuisionem heret due: quod prima facie est non solum inconueniens in philosopho: sed etiam in se. Et iterum anima illa parte cessante uiuere aut corrumpitur: sic anima rationalis esset corruptibilis: quod adhuc est error: aut separatur: sic quot partes corporis diuidentur a corpore tota anime separantur partibus illis essentialibus uiuere: quod iterum est eque erroneum. Si vero in parte diuisa non remaneret anima: tunc amem erat ibi prius per extensionem sibi positionem que dicitur eam esse quantum adhuc non videtur quod hoc possit esse nisi per sui corruptionem vel separationem: ut prius nec legi ad hoc claram ad sufficientem representationem quantum dicitur alieque conclusiones: unde eadem ratione sibi hinc qua tenetur quod anima sit incorruptibilis tenendum est quod ipsa non est quanta nec extendibilis.

Ad scdm

Ad rones post opp.

Ad scdm.

Secu. sol.

Tertia solu.

Ratio de cto.

Do. iij. Arguf. j.

Quid est ratio recipiendi quantitatem in materia an forma. Questio quarta.



**E**nde queritur de hoc quod suppositum est (videlicet) utrum sola materia sit ratio recipiendi quantitatem vel sola forma vel totum compositum. Et arguitur quod sola materia: quod si forma vel totum compositum ratio de vniuersis partis esset immediatum receptiuum quantitatis sequeretur quod anima rationalis esset quanta saltem per accidens: sed hoc est falsum (ut patet ex precedentibus questionibus) ergo est illud ex quo sequitur: probatio consequente: quia immediatum receptiuum quantitatis oportet esse quantum saltem per accidens: sed supposita unitate forme in homine anima est immediatum receptiuum quantitatis: vel totale si sola forma sit immediata ratio receptiva quantitatis: vel partialis si totum compositum sit immediata receptiuum raturandus (super. iij. lib. sententiarum).